Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 115 [Verbleib unbekannt]

, 267.

S. Hieronymi prologos, quorum unus: F: Am, brosius; alter Desiderii mei incipit, expo, nit; quam sequeretur expositio I Capitis Geneseos. Praelecta est ab Authore, dum Viennae in Austria theologiam doceret. Servatur hoc Ms: etiam in Bibl: Acad. Viennensi. De auth: vide Cod: XLIX. n:2.

Cod: CXV.

Deest

A 5.22.

Chartae: Fol: foec: 15.

i

S: Thomae Aquinatis Summa Canonum
S: Thomae Aquin. Summa canon: poenitential: poenitentialium. Praecedit elenchus 265 capitum, quem excipit rubrica: "Incipit Summa magistri Thome de aquino prologꝰ, hic incipit!" Cum miserationes Domini sint super opera omnia. Caput primum quaerit, quid sit poenitentia. Totam sep, tem constat partibus. In calce Scriptor adjecit: "Explicit Suma Magistri Thome de aquino sub ano ab incarnacionis Domini Milesimo quadracentesimo vicesi, mo Secundo." Haec codex noster.

Sed Lambecius coment: Bibl: Caesar: edit: Koll: Tom: II codic: ms: hoc ipsum opus continentem exhibet, qui praesentem Sum, mam Innocentio IV Pp: attribuit, et uti videtur jure potiori; nam et nostra Bibliotheca alium codicem ms: possidet, in quo haec Summa Innocentio IV adjeri

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 115 [Verbleib unbekannt]

, 268.

„bitur, et a Quetif inter opera S. Thomae non numeratur. Quaere in indice Innoc. IV.

2.

Arma optima contra Wyclefitas.

Arma optima contra Wiklefistas, Authoris anonymi. Rubrica praefixa est: "Utilia contra hunc errantes in ecclesia." Primo agitur de ecclesia, et incipit: "quia in equivocacione hujus nominis ecclesia multi decipiuntur." Dein de obedientia, contra non obedientes Papae, et Praelatis; de excomunicatione; quod offertorium debeat fieri. de decimis, de contemtu interdicti, contra cantantes catilenas inuitatas, et laicos praedicantes in ecclesia Dei, de communione sub utraq, de noua Lege, contra auctoritates reprobatorum haereticorum, contra non confitentes plebano suo, decorati one pro Papa, contra detrahentes indulgentiis, et quaedam contra haereticos modernos pro nunc. Ha sunt capitum seu sectionum inscriptiones. In fine additum est: "Explicuit arma optima contra Wyklefitas nunc ecclesiam Dei impugnantes." An sit Henrici de Hasselia dubito quaero ex Trithemio C. 684, vbi ei tribuitur liber contra quendam Wiklefitam.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 115 [Verbleib unbekannt]

, 269.

3

Processus judicialis.

"Processus judicialis, brevis, et utilis"; ita ti,
tulus. Incipit: "Antequam dicatur de processu
judicii". Finitur:" Et haec de ordine; et
processu dicta sufficiant. Nota quod multa
hic non obligantur, sed omittuntur non prop,
ter ignorantiam auctoris, vel juris; sed prop,
ter imbecillitatem studentium ad quorum
profectum haec suma est conscripta. Laus
Deo Lax vivis Requies sempiterna defunctis.

Cod: CXVI.

Chartac: Fol: Soec: 14 v. 15.

A 5.23.

Geschrieben von Presbyter Konrad 1410

1

Jacobi de Teramo liber Belial, seu confu,
latio peccatorum, sive dialogus juridicus,
inter Deum et diabolum, aut processus cu,
riferi contra Jesum, judice Salomone;
sub tot enim titulis unus, idemque liber
occurrit. Inscriptio legitur haec: "Utrum
Xtus de jure spoliavit infernum super
hoc lis introducitur et causa committitur,
ut sequitur." Hanc excipit praefatio, in
qua auctor se ipsorum manifestat in hunc
modum: "Universis Xti fidelibus atque
orthodoxae sanctae matris ecclesiae fidei
cultoribus hoc breve compendium inspectu,
ris Presbyter Jacobus de Teranis Archidi,
aconus Aversanus, et Canonicus Aposto,
nus et in jure canonico Paduae discipulorum

Jacobi de Teramo liber Belial.

1a-47b

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 115 [Verbleib unbekannt]

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27453